Sc Catt 123 (1995) 217-257
Claudio Magnoli

LA LITURGIA FUNEBRE NELLA TRADIZIONE DEL RITO AMBROSIANO (*)

I. IL TESTO

NB: 1) Per la spiegazione delle sigle si veda il commento.

2) La numerazione progressiva delle «cellule rituali» (rubriche, canti, letture, orazioni, ecc...) è mia.

3) La scansione delle parti e la formulazione dei titoli in maiuscolo sono miei.

4) Con < > indico i testi che, assenti da **M**, sono riportati *in loco* dalle altre fonti.

(*) Il presente lavoro è stato preparato per la *Kommentierte Edition der Sterbe- und Begräbnisformulare der orientalischen, lateinischen und reformatorischen Kirchen*, un'edizione commentata degli *Ordines Commendationis Animae* e degli *Ordines Exequiarum* delle chiese orientali latine e riformate, progettata in più volumi dai professori di Liturgia dell'Università di Magonza.

Sia la traduzione a fronte del formulario latino che il mio commento usciranno direttamente in tedesco nel volume dedicato alle tradizioni latine: C. Magnoli, *Die mailändische Tradition*, in *Liturgie im Angesicht des Todes* II. *Das lateinische Mittelalter. Texte und Kommentare*, a cura di H. Becker e A. Franz (= Pietas Liturgica. Interdisziplinäre Beiträge zur Liturgiewissenschaft 11 e 12), St. Ottilien, 1996.

Un vivo ringraziamento va, perciò, ai responsabili della *Kommentierte Edition*..., che hanno concesso su questa rivista la pubblicazione anticipata in lingua italiana del mio contributo relativo alla tradizione funebre ambrosiana.

A. ORDO COMMENDATIONIS ANIMAE

1. **M** *Incipit commendatio animae. Quando anima egreditur de corpore:*
   T96 *Incipit commendatio animae. Quando de corpore egrediuntur animae infirmorum:*
   m *Quando anima egreditur de corpore. Commendatio animae:*

2. [**M T96 m**] Vale in Christo: Pax tecum[1]. Proficiscere anima de hoc mundo: migrare in pace. In nomine Dei [+][2] Patris omnipotentis, qui te creavit. In nomine Ihesu Christi [+][3] Filii Dei vivi, qui pro te passus est. In nomine Spiritus sancti [+][4], qui in te effusus est. In nomine[5] angelorum et archangelorum, patriarcharum, prophetarum, apostolorum, martyrum, innocentium[6], confessorum ac virginum[7], omniumque animarum sanctarum Deo placentium. Hodie positus[8] sis in pace: locus tuus et habitatio tua in sanctam Hierusalem caelestem. Suscipiat te sanctus Michahel archangelus, qui militiae caelestis meruit principatum: subveniant[9] tibi sancti angeli, et perducant te in Hierusalem caelestem; suscipiat te beatus Petrus apostolus, cui a Domino claves regni caelestis traditae sunt. Ingredere[10] in pace, [+] in nomine Patris, [+] et Filii, [+] et Spiritus sancti, qui te illuminet in vitam aeternam, et resuscitet te[11] in prima resurrectione in novissimo[12] die.

3. [**M T96 m**] Domine Ihesu Christe, pastor bone, suscipe animam servi tui[13] in pace; et omnia iube[14] peccata dimitte. Suscipe, Domine, servum tuum in bonum, et libera animam eius ex omnibus periculis[15] poenarum, et de omnibus tribulationibus. Libera, Domine, animam servi tui, sicut liberasti Noe de periculo. Libera, Domine, animam servi tui, sicut liberasti Heliam et Henoch de communi morte mundi. Libera, Domine, animam servi tui, sicut liberasti Abraham per fidem et credulitatem[16]. Libera, Domine, animam servi tui, sicut liberasti Loth de Sodomis et de flamma ignis. Libera, Domine, animam servi tui[17], sicut liberasti Isaac de manu patris sui[18] Abrahae[19]. Libera, Domine, animam servi tui, sicut liberasti Iacob per benedictionem[20] maiestatis tuae. Libera, Domine, animam servi tui, sicut liberasti Moysen de manu Pharahonis regis Aegyptiorum. Libera, Domine, animam servi tui, sicut liberasti Iob de passionibus suis. Libera, Domine, animam servi tui, sicut liberasti Ionam de ventre ceti[21]. Libera, Domine, animam servi tui, sicut liberasti David de manu Sauli regis, et Goliae[22], et de omnibus vinculis eius. Libera, Domine, animam servi tui, sicut liberasti Danihelem de lacu leonum. Libera, Domine, animam servi tui, sicut liberasti tres pueros de camino ignis ardentis, et de manu regis iniqui. Libera, Domine, animam servi tui, sicut liberasti Susannam de falso crimine. Libera, Domine,

1. Amen.] add T96; 2. Dei] [+] om T96; 3. Ihesu] [+] om T96; 4. sancti] [+] om T96; 5. nomine] honore m; 6. martyrum, innocentium] innocentium, martyrum T96 m; 7. confessorum ac virginum] virginum, confessorum m; 8. positus] posita T96 m; 9. subveniant] subvenient T96; 10. Ingredere] Egredere m; 11. te] om T96; 12. novissimo] novissima T96 m; 13. tui] *ill.* add T96; 14. iube] eius T96; ei m; 15. periculis] infernorum, et de laqueis add T96; 16. credulitatem] suam add m; 17. tui] om m; 18. sui] om m; 19. Abrahae] Abraham T96 m; 20. benedictionem] patris sui et add m; 21. Libera... ceti] om m; 22. et Goliae] et de manu Goliae gigantis m;

animam servi[23] tui, sicut liberasti humanum[24] genus per passionem tuam. Libera, Domine, animam servi tui, sicut liberasti Petrum et Paulum de carceribus. Libera, Domine, animam servi tui, sicut liberasti Theclam de tribus tormentis. Sic liberare digneris, Domine, animam istius hominis[25], et tecum habitare concedas in bonis[26] caelestibus[27]. Amen[28].

4. [**M m**] *Alia oratio*: Misericordiam tuam, Domine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus, pietatis effectu[29] rogare pro aliis cogimur, qui pro nostris supplicare peccatis nequaquam sufficimus; tamen confixi gratuita pietate et solita benignitate, clementiam tuam deposcimus: ut animam servi tui ad te revertentem cum pietate suscipias. Adsit ei angelus testamenti tui Michael, et per manus sanctorum Angelorum tuorum inter sanctos et electos tuos in sinibus Abrahae, Isaac et Iacob patriarcharum tuorum collocare digneris. Quatenus liberatus de principibus tenebrarum, et de locis poenarum, nullis iam primae nativitatis seu fragilitatis confundatur erroribus; sed potius agnoscatur a te, et sanctae beatitudinis requie perfruatur: ut cum iuditii dies advenerit, inter sanctos et electos tuos resuscitatus gloria manifestae[30] contemplationis tuae perpetua societur. Per...

5. [**M**] *Alia*: Benedicat te, Deus Pater omnipotens [+], qui in principio cuncta creavit; [+] benedicat te Filius Dei, qui de superna sede pro nobis ad salvandum genus humanum descendit; [+] benedicat te Spiritus sanctus, qui in spetie columbae in Iordanis fluvio requievit. Ipse te in trinitate ed unitate sanctificet, quem omnes gentes exspectant iudicem venturum, cui est honor et gloria in saecula saeculorum. Amen.

6. [**M**] *Alia*: Benedicat te Deus Pater, qui fecit caelum et terram in sapientia sua, benedictione qua benedixit sanctos patriarchas Abraham, Isaac et Iacob. Multiplicet in te gratiam spiritalem, sicut multiplicavit semen eorum, tamquam stellas caeli et arenam quae est in littore maris. Donet tibi remissionem omnium peccatorum: protegat te omnibus diebus vitae tuae et perducat te in regnum gloriae suae. Qui vivit et regnat...

7. [**M**] *Alia*: Rogamus te, sancte Michael archangele Dei, qui ad animas suscipiendas accepisti potestatem: ut animam eius accipere (sic) digneris a laqueis diaboli et a principibus tenebrarum: et liceat ei per portas inferni (sic): ut tecum et cum sanctis Angelis in gaudium Domini mereatur intrare. Praestante Domino...

8. [**M**] *Alia*: In quacumque die vel hora morte praeoccupatus fueris, absolutus sit [+] a Patre, [+] et Filio, [+] et Spiritu sancto. Et de beata Dei genitrice ac virgine Maria, et de beato Michaele archangelo, et de beato praecursore et martyre Christi, Iohanne Baptista, qui dixit: «Poenitentiam agite, appropinquabit enim iudicium Dei»; et de beato Petro, principe

23. servi] famuli T96 m; 24. humanum... liberasti (Theclam)] om m; 25. istius hominis] hominis istius T96; 26. bonis] domibus m; 27. caelestibus] regnis add T96; 28. amen.] Qui cum Patre et Spiritu sancto vivis et regnas... Amen. T96; 29. corrotto per *affectu*?; 30. manifestae] manifestatae m.

Apostolorum, cui dedit Deus potestatem ligandi atque solvendi in caelo et in terra, et de omnibus Sanctis electis Dei (sic). Et per illorum intercessionem te absolvat omnipotens Deus, et liberet te ab omni vinculo peccatorum tuorum. Qui vivit et regnat cum Patre, in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. Amen.

9. [**M**] [+] Benedictio Dei Patris omnipotentis, [+] et Filii, [+] et Spiritus sancti, descendat super animam et corpus tuum. Amen.

10. **M** *Oratio postquam anima egressa fuerit de corpore*:
T96 *Oratio quando anima egressa est de corpore*:
m *Item post egressionem animae*:

11. [**M T96 m**] Pio recordationis affectu, fratres karissimi, commemorationem facimus cari nostri[31], quem Dominus de temptationibus huius saeculi assumpsit. Obsecramus[32] misericordiam Dei nostri: ut ipse ei tribuere dignetur placidam[33] et quietam mansionem, remittatque[34] omnes lubricae temeritatis offensas: ut, concessa venia plenae indulgentiae, quicquid in hoc saeculo proprio[35] reatu deliquit, totum ineffabili pietate ac benignitate sua deleat, et abstergat. Quod ipse praestare dignetur, qui cum Patre et Spiritu sancto...[36].

<12>. [**m**] *Alia oratio*: Suscipe, Domine, animam servi(ae) tui(ae) de Aegypti exitu proficiscentem ad te: et mitte Angelos tuos sanctos obviam ei, et vias iustitiae demonstra ei: et aperi ei portas iustitiae, et repelle ab ea principes tenebrarum. Agnosce, Domine, creaturam tuam, non ex diis alienis creatam, sed a te solo Deo vivo et vero; quia non est alius Deus praeter te, Domine, et non est secundum opera tua. Laetifica, Domine, animam servi tui: ne memineris pristinae iniquitatis et ebrietatis, quae suscitavit fervorem mali desiderii: licet enim peccavit, Patrem et Filium et Spiritum sanctum tamen non negavit, sed credidit, et zelum Dei habuit, et Deum qui fecit omnia adoravit, qui venturus est iudicare saeculum per ignem. Amen.

13. [**M T96 m**] *Alia oratio*: Deus, cui omnia vivunt, et cui non pereunt moriendo corpora nostra, sed mutantur in melius, te supplices deprecamur, ut suscipi iubeas animam famuli(ae) tui(ae)[37], per manus sanctorum angelorum tuorum deducendum in sinum amici tui Abrahae patriarchae, resuscitandamque in novissimo magni iudicii die: et quicquid viciorum fallente diabolo contraxit, tu pius et misericors[38] ablue indulgendo. Per...

31. nostri] *ill.* add T96 m; 32. Obsecramus] obsecrantes T96 m; 33. placidam] placitam m; 34. remittatque] et remittat T96 m; 35. proprio] om m; 36. Quod...] Per Dominum nostrum Ihesum Christum Filium suum, secum viventem atque regnantem Deum, in unitate Spiritus sancti, per omnia saecula saeculorum. [R.] Amen T96; 37. tui] *ill.* add T96; 38. misericors] Dominus add m.

<14>. [**T96**] *Alia*: Suscipe, Domine, animam servi (ancillae) tui(ae) *ill.*, quam de ergastulo huius saeculi dignatus es assumere; et libera eam de principibus tenebrarum et de locis poenarum: ut absoluta omnium vinculo peccatorum, quietis ac lucis aeterna beatitudine perfruatur, et inter sanctos et electos tuos in resurrectionis gloria resuscitari mereatur. Per...

<15>. [**T96**] *Alia*: Non intres in iudicio cum servo (ancilla) tuo(a), Domine, quoniam apud te non iustificabitur homo, nisi per te omnium peccatorum tribuatur remissio. Non ergo, quaesumus, tua sententia premat, quem(am) tibi vera supplicatio fidei christianae commendat; sed, gratia tua illi succurrente, mereatur evadere iudicium ultionis, qui(ae) dum viveret insignitus(a) est signaculo Trinitatis. Per...

<16>. [**T96**] *Alia*: Fac cum servo (ancilla) tuo(a) *ill.*, Domine, defuncto(a) misericordiam, ut factorum suorum in poenis non recipiat vicem; qui(ae) tuam in votis tenuit voluntatem: ut sicut hic vera fides iunxit fidelium turmis, ita eum (eam) illuc tua miseratio societ angelicis choris. Per...

<17>. [**m**] *Alia oratio*: Suscipe, Domine, animam servi(ae) tui(ae) revertentem ad te; caelesti eam indue veste, et lava eam sancto fonte vitae aeternae: ut inter gaudentes gaudeat, et inter sapientes sapiat, et inter Apostolos Christum sequi studeat, et inter Angelos et Archangelos claritatem Dei videat, et inter lavantes stolas suas in fonte luminis vestem lavet, et inter pulsantes pulset; ut portas apertas caelestis Ierusalem aperiat (sic). Per...

<18>. **T96** [*Item incipiunt antiphonae in psalmos pro defuncto*]. *Post haec continuatim canuntur psalmi, et incipiunt abluere corpus*:

<19>. [**T96**] *I.* Deduc me, Domine, in tua iustitia; et in conspectu tuo vias meas dirige. V. (*Ps. 1*) Beatus vir qui non abiit in consilio...

<20>. [**T96**] *II.* Non derelinques eum in infernum, Domine; nec dabis animam eius in corruptionem. V. (*Ps. 15*) Conserva me, Domine, quoniam in te speravi...

<21>. [**T96**] *III.* Vide, Domine, humilitatem meam; dimitte omnia peccata mea. V. (*Ps. 24*) Ad te, Domine, levavi animam...

<22>. [**T96**] *IV.* Tu es, Domine, protector meus: in manus tuas commendo spiritum meum. V. (*Ps. 30*) In te, Domine, speravi...

<23>. [**T96**] *V.* Sitivit anima mea ad Deum vivum: veniam et parebo ante faciem Dei. V. (*Ps. 41*) Sicut cervus desiderat...

<24>. [**T96**] *VI.* Ecce enim Deus adiuvat me, et Dominus susceptor est animae eius. V. (*Ps. 53*) Deus in nomine tuo salvum...

<25>. [**T96**] *VII.* In paradisum deducant te angeli, et cum gloria suscipiant te sancti martyres Dei. V. (*Ps. 61*) Nonne Deo subdita...

<26>. [**T96**] *VIII*. Usque in vita mea laudavi te, Domine: da requiem mihi cum sanctis in regione vivorum, et salva me. V. (*Ps. 71*) Deus iudicium tuum regi da...

<27>. [**T96**] *IX*. Memorare, Domine, quae sit mea substantia: quis est homo qui vivit, et non videbit mortem. V. (*Ps. 82*). Deus qui similis tibi: ne tacueris...

<28>. [**T96**] *X*. Domine, mitte angelum tuum protectorem meum, qui me suscitet de terrae pulvere: ut possim occurrere ad resurrectionem cum sanctis tuis. V. (*Ps. 91*) Bonum est confiteri Domino...

<29>. [**T96**] *XI*. Clamor noster, Domine, ad te perveniat. V. (*Ps. 101*) Domine, exaudi orationem meam: et clamor meus...

<30>. [**T96**] *XII*. Suscipe me, Domine, secundum verbum tuum; et ne confundas me ante conspectum tuum. V. (*Ps. 118*) Beati immaculati in via qui ambulant...

<31>. [**T96**] *XIII*. Haec requies mea in saeculum saeculi, hic habitabo, quia praeelegi eam. V. (*Ps. 131*) Memento, Domine, David...

<32>. [**T96**] *XIV*. Portio mea in terra viventium: me expectant iusti, donec retribuas mihi. V. (*Ps. 141*) Voce mea ad Dominum clamavi: voce mea...

<33>. [**T96**] *Quod si necessitas incumbit, ut citius finiatur psalterium, et tres tantum lectiones legantur, tunc in prima turma canantur quinquaginta psalmi cum Antiphona*: Deduc me, Domine, in tua iustitia; V. (*Ps. 1*) Beatus vir qui non abiit...

<34>. [**T96**] *In secunda turma alii quinquaginta cum Antiphona*: Ecce enim Deus adiuvat me, et Dominus. V. (*Ps. 53*) Deus in nomine tuo...

<35>. [**T96**] *Item in tertia turma alii quinquaginta cum Antiphona*: Suscipe me, Domine, secundum V. (*Ps. 118*) Beati immaculati...

36. **M** *Oratio post lavationem corporis*:
T96 *Post lavationem corporis incipiunt hae orationes*:

37. [**M T96**] Deus vitae dator et humanorum corporum reparator, qui te a peccatoribus exorare[39] voluisti, exaudi preces nostras, quas speciali devotione pro anima famuli(ae) tui(ae)[40] tibi lacrimabiliter fundimus: ut liberare eam ab infernorum[41] cruciatibus, et collocare inter agmina sanctorum tuorum digneris; veste quoque caelesti et stola immortalitatis indui, et paradisi amoenitate confoveri iubeas. Per...

38. [**M T96 R**] *Alia oratio*: Deus, qui humanarum animarum aeternus amator es, animam famuli(ae) tui(ae)[42], quam vera dum in corpore maneret tenuit fides[43], ab omni cruciatu inferorum redde extorrem: ut segregata ab infernalibus claustris, sanctorum tuorum[44] mereatur adunari consorciis. Per...

39. exorare] exorari T96; 40. tui(ae)] *ill.* add T96; 41. infernorum] inferorum T96; 42. tui(ae)] *ill.* add T96 R; 43. fides] fidem R; 44. sanctorum] tuorum om T96 R.

B. ORDO OFFICII SEPELIENDI CORPORA MORTUORUM

39. **M** *Incipit ordo officii sepeliendi corpora mortuorum.*
m *Hic incipit officium mortuorum.*

I. Ad domum defuncti

40. **M** *In primis: ad domum cuiuslibet defuncti.*
m *Ad domum illorum.*

<41>. [**T96 m**] R. Accepimus bona de manu Domini, et gavisi sumus; quare non et mala sustineamus? Dominus dedit, et Dominus abstulit: sit nomen Domini benedictum in saecula. V. Quoniam sagittae tuae infixae sunt mihi, et confirmasti super me manum tuam: sit nomen Domini benedictum in saecula.

42. [**M m**] *Dicitur a sacerdote* Dominus vobiscum... *Sequitur haec oratio*:

43. [**M m**] Quaesumus, Domine, famulo(ae) tuo(ae), cuius diem primum obitus sui commemoramus, Sanctorum tuorum largire consortium: et rorem misericordiae tuae perennis infunde. Per... R. Amen.

44. [**M m**] *Sequitur*: Requiem aeternam dona [+] ei, Domine. R. Et lux perpetua [+] luceat ei.

45. [**M m**] *Deinde*: Anima eius[45], et animae omnium fidelium defunctorum per Dei misericordiam requiescant in pace. R. Amen.

46. **M** *Statim diaconus adnuntiat antiphonam duplam*:
m *Antiphona dupla*:
T96 *Item antiphonae duplae*:

47. [**M T96 m R**] Tu iussisti nasci me, Domine; repromisisti ut resurgerem. V. Iussione tua venio, sanctissime, ne derelinquas me quia pius es. *Psalmus* (*53*) Deus, in nomine...

48. **M** *Sequitur* Dominus vobiscum, *et haec oratio*:
m *Oratio cum* Dominus vobiscum:

49. [**M m**] Absolve, Domine, animam famuli(ae) tui(ae) ab omni vinculo delictorum: ut in resurrectionis gloria inter sanctos et electos[46] tuos resuscitatus respiret. Per... R. Amen.

50. [**M m**] *Sequitur*: Requiem aeternam dona [+] ei, Domine. R. Et lux perpetua [+] luceat ei.

51. [**M m**] *Deinde*: Anima eius[47], et animae omnium fidelium defunctorum per Dei misericordiam requiescant in pace. R. Amen.

45. eius] istius m; 46. et electos] om m; 47. eius] istius m.

II. In itinere ad ecclesiam

52. **M** *Tunc diaconus incipit psallentium usque in ecclesiam*:
T96 *Item psallendae (sic) quando corpus portatur ad ecclesiam*:
m *Psallentium, quando portatur ad ecclesiam*:
R *Psallentium ad sepulturam*:

53. [**M T96 m R**] *I.* Exaltabo te, Domine, quoniam suscepisti me: educ de inferno animam meam; salva me, Domine, a descendentibus in lacum.
II. De terra creasti me, carne induisti me: redemptor meus, Christe, resuscita me in novissimo die.
III. Dextera tua, Domine, suscepit me; et disciplina tua ipsa me docuit.
IV. Cum Christus apparuerit vita nostra, tunc apparebit[48] cum eo in gloria.
V. Domine, Domine, quando venero in iudicium tuum? Animam in carne constitutam pollui; priusquam discutias me, miserere mei.
VI. Domine, mitte angelum tuum protectorem meum, qui me suscitet de terrae pulvere[49]: ut possim occurrere ad resurrectionem cum sanctis tuis.

III. In ecclesia

a) ordo pro defunctis infra septennium

54. **M** *Et notandum etiam, si defunctus ille fuerit infra septem annos, non debet campana pulsari, nec Passio debet legi*: Prima die azimorum (Mt 26,17-75). *Cum autem pervenerint in ecclesiam cum corpore defuncto, statim diaconus annuntiat antiphonam duplam*:

55. [**M m**] Redemptor meus vivit, et in novissimo me renovabit. V. Renovabuntur denuo ossa mea, et in carne mea videbo Dominum Deum. *Sequitur psalmus (50) sine gloria* Miserere mei Deus secundum...

56. [**M T96 m**] *Alia antiphona dupla*: Credo quod Dominus non me derelinquet; nec condemnabit me, dum venerit ad iudicandum. V. Sed miserebitur mei redemptor meus, pius Deus. *Psalmus (56)* Miserere mei, Deus, miserere mei...

57. [**M T96 m**] *Alia antiphona dupla*: Tu creasti me, Christe: iussione tua venio, Sancte. V. Parce, Deus: parce, fortis: libera me de manu mortis. *Psalmus (85)* Inclina Domine aurem tuam...

58. **M** *Cantato psalmo et antiphona, statim cantatur*:

59. [**M T96 m R**] R. Remitte mihi ut refrigerer, Domine. Priusquam veniam ante tuum iudicium. V. Ad te, Domine, levavi animam meam, Deus meus, in te confido, non erubescam. Priusquam veniam ante tuum iudicium.

48. apparebit] apparebis T96 m R; 49. de terrae pulvere] om T96.

60. **M** *Eo cantando, debet diaconus corpus incensare. Sequitur oratio cum* Dominus vobiscum:

61. [**M T96 m R**] Obsecramus misericordiam tuam, omnipotens aeterne[50] Deus, qui hominem ad imaginem tuam creare dignatus es: ut spiritum et animam famuli(ae) tui(ae)[51], quem(am) hodierna die rebus humanis eximi, et ad te accersiri[52] iussisti, blande et misericorditer suscipias. Non ei dominentur umbrae mortis, nec tegat eum(am) chaos et caligo tenebrarum; sed exutus(a) omnium criminum labe, in sinu Abrahae patriarchae[53] collocatus(a), locum lucis et[54] refrigerii se adeptum(am) esse gaudeat: et[55] cum dies iudicii advenerit, cum sanctis et electis tuis eum resuscitari iubeas. Per... R. Amen.

62. [**M T96 m R**] *Sequitur* R. Relaxentur vincula peccatorum meorum: dum sederis in iudicio, Deus. V. Usquequaque lava me ab iniustitia mea, et a delicto meo munda me: dum sederis in iudicio, Deus.

63. **M** *Tunc diaconus legit Evangelium* (Gv 6,37-40):

64. [**M T96 m R**] In illo tempore dixit Ihesus discipulis suis: Omne quod dat mihi Pater... Et resuscitabo ego eum in novissimo die.

65. [**M T96 m R**] *Sequitur*: R. In manus tuas, Domine: commendo spiritum meum. V. In te, Domine, speravi; non confundar in aeternum: commendo spiritum meum.

66. **M** *Omne quod deficit require infra in officio aliorum mortuorum.*

b) ordo pro adultis

67. **M** *Sed etiam videndum est de offitio aliorum mortuorum. Finito psallentio in ecclesiam, statim diaconus incipit Passionem Domini secundum Mathaeum* (Mt 26,17-75):
T96 *Sequitur passio*:
m *Sequitur evangelium secundum Matthaeum*:

68. [**M T96 m**] Prima die azimorum... *usque* Et egressus Petrus[56] foras flevit amare.

69. **M** *Sciendum est quod Passio semper legitur a sinistra defuncti.*

70. [**M T96 m R**] Remitte mihi... (cf. supra n. 59).

71. **M** *Sciendum quod cantando istud responsorium vel sequens incensatur defunctus. Aliud R. pro episcopis, presbyteris, diaconibus, subdiaconibus, clericis, religiosis, iurisperitis atque tabelionibus*:

50. omnipotens aeterne] aeterne omnipotens T96 R; 51. tui(ae)] *ill.* add T96 R; 52. accersiri] accersire R; 53. patriarchae] om R; 54. et] ac m; 55. et] ut R; 56. Petrus] om m.

72. [**M m R**] R. Non timebis, anima, quia Christus passus est: per cuius passionem nos redempti sumus. V. Dominus custodiat te ab omni malo; custodiat animam tuam Dominus: per cuius passionem nos redempti sumus.

73. **M** *Cantato R., si fuerit subdiaconus, clericus, religiosus, iurisperitus aut tabelio, cantatur antiphona dubla*:

74. [**M T96 m**] Redemptor meus vivit, et in novissimo me renovabit. V. Renovabuntur denuo ossa mea, et in carne mea videbo Dominum Deum. *Psalm.* (*50*) Miserere mei Deus secundum...

75. **M** *Item, cantato responsorio tantum, statim archiepiscopus vel maior presbyter debet legere Passionem* (Mt 27,1-56):

76. [**M m**] Mane facto, consilium inierunt... *usque*: inter quas erat Maria Magdalene, et Maria Iacobi, et Ioseph mater, et mater filiorum Zebedei.

77. **M** *Sciendum est quod Passio semper legitur de dextra defuncti. Et sciendum est quod praedicta Passio non legitur nisi (pro) episcopis, presbyteris vel diaconibus; qua finita, statim cantatur*:

78. [**M T96 m R**] R. Desiderium meum, omnipotens, audi; et tribue mihi auditorem, qui aequitatem proponat contra me: ut perveniat ad victoriam iuditium meum. V. Deus, in adiutorium meum intende; Domine, ad adiuvandum me festina: et tribue mihi auditorem, qui aequitatem proponat contra me: ut perveniat ad victoriam iudicium meum.

79. [**M T96 m R**] *Sequitur antiphona dupla*: Exter factus sum fratribus meis, quia iussisti. V. Vocasti me, Deus; ecce, venio: suscipe me. V. *Psalm.* (*68*) Salva me, Deus, quoniam introierunt...

80. **M** *Statim archiepiscopus vel maior presbyter dicat hanc orationem rectam, cum* Dominus vobiscum. Et cum [spiritu tuo]. *Oratio communis*:
T96 *In ecclesia oratio super defunctum*:
m *Sequitur oratio*:

81. [**M T96 m R**] Obsecramus misericordiam... (cf. supra n. 61)

82. **M** *Statim sequitur*:
m *Si laicus*:

83. [**M T96 m R**] R. Relaxentur vincula... (cf. supra n. 62)

84. **M** *Aliud R. (pro) episcopis, sacerdotibus et diaconibus*:
m *Si sacerdos vel diaconus*:

85. [**M T96 m R**] R. Caligaverunt oculi mei a fletu meo, quia elongavit qui consolabatur me: videte, omnes populi, si est dolor similis sicut dolor meus. V. O vos omnes, qui transitis per viam, aspicite et videte: si est dolor similis sicut dolor meus.

86. **M** *Tunc diaconus legat Evangelium secundum Iohannem* (Gv 6,37-40):
T96 *Sequitur Evangelium secundum Iohannem*:

87. [**M T96 m R**] In illo tempore... (cf. supra n. 64).

88. [**M T96 m R**] *Sequitur*: R. In manus tuas, Domine... (cf. supra n. 65).

89. **M** *Aliud R. (pro) episcopis, sacerdotibus, subdiaconibus, clericis, religiosis, iurisperitis et tabellionibus*:

90. [**M T96 m**] R. Qui suscitasti Lazarum quatriduanum foetidum: tu dona ei requiem locum indulgentiae. V. Requiem aeternam dona ei, Domine, et lux perpetua luceat ei: tu dona ei requiem locum indulgentiae.

91. **M** *Finito R. sequuntur Letaniae*:
T96 *Deinde sequuntur Litaniae: his finitis*:
m *Preces mortuorum*:
R *Sequuntur Laetaniae*:

<92>. [**m**] Domine, miserere III
Christe, libera nos III
S. Maria
S. Michael
S. Gabriel
S. Raphael
S. Iohannes
S. Petre
S. Paule
S. Andrea
S. Iacobe
S. Iohannes
S. Barnaba
S. Marce
S. Luca
S. Stephane
S. Nazari
S. Celse
S. Protasi
S. Gervasi
S. Laurenti
S. Vincenti
S. Georgi
S. Kalimere
S. Mauriti
S. Christophore
S. Alexander
S. Sebastiane
S. Petre
S. Tegla
S. Pelagia
S. Veronica
S. Margarita
S. Agnes
S. Agatha
S. Materne
S. Simpliciane
S. Dionisi
S. Syre
S. Zeno
S. Basiane
S. Castritiane
S. Eugeni
S. Magne
S. Eustorgi
S. Galdine
S. Ambrosi
Omnes Sancti
Exaudi Christe
Exaudi Deus
Kyrie kyrie kyrie

IV. In itinere de ecclesia ad sepulchrum

93. **M** [*Psallentium de ecclesia ad sepulchrum*]. *His finitis, statim suscipiatur cadaver, et portetur de ecclesia ad sepulturam, diacono incipiente hanc antiphonam*:

T96 *Item incipiunt psallendae quando corpus portatur de ecclesia ad sepulchrum*:
m *Psallentium quando corpus exiit de ecclesia*:
R *Antiphonae ad sepulchrum*:

94. [**M T96 m R**] *I.* Usque in vita mea laudavi[57] te, Domine: da requiem mihi cum sanctis in regione vivorum, et salva me.
II. Memorare, Domine, quae sit mea substantia: quis est homo qui vivit et non videbit mortem?
III. Adhaesit pavimento anima mea: vivifica me, Domine, secundum verbum tuum.
IV. Portio mea in terra viventium: me exspectant iusti, donec retribuas mihi.
V. Vide, Domine[58], humilitatem meam; dimitte omnia peccata mea.
VI. Tu iussisti nasci me, Domine, repromisisti ut resurgerem. Iussione tua venio, Sanctissime, ne derelinquas me quia pius es.
VII. Credo quod Dominus non me derelinquet; nec condemnabit me, dum venerit ad iudicandum. Sed miserebitur mei Redemptor meus, pius Deus.
VIII. Etenim pauci fuerunt dies mei: da mihi requiem cum sanctis tuis, Domine.

<95>. [**T96 m**] *IX.* Tu creasti me, Christe: iussione tua venio, Sancte. Parce, Deus: parce, Fortis: libera me de manu mortis.

<96>. [**R**] *X.* Sitivit anima mea ad Deum vivum: veniam et parebo ante faciem Dei.
XI. Ecce enim Deus adiuvat me, et Dominus susceptor est animae eius.
XII. Quoniam pater meus et mater mea derelinquerunt me: Dominus autem assumpsit me.
XIII. Suscipe me, Domine, secundum verbum tuum: et ne confundas me ante conspectum tuum.

97. **M** *Istae duae antiphonae quae sequuntur, non cantantur, nisi fuerit episcopus, sacerdos vel diaconus*:

98. [**M T96 m R**] In paradisum[59] deducant te angeli[60], et cum gaudio[61] suscipiant te sancti martyres Dei.

99. [**M T96 m R**] Tu es, Domine, protector meus: in manus tuas commendo spiritum meum.

57. laudavi] laudabit R; 58. Domine] om T96; 59. paradisum] paradiso R; 60. deducant te angeli] angeli deducant te R; 61. gaudio] gloria T96.

V. **ad sepulchrum**

100. **M** *Tunc statim ponendo est cadaver in sepulturam, signando (posito defuncto in sepultura, tunc diaconus debet incensare, et presbyter aquam benedictam dare) et cantando hanc antiphonam*:
R *Quando mittunt in sepulchrum*:

101. [**M T96 m R**] Suscipiat te Christus, qui vocavit te; et[62] in sinu Abrahae Angeli deduncant te.

102. [**M T96 m R**] Haec requies mea in saeculum saeculi: hic habitabo, quoniam preelegi eam.

103. [**M T96 m R**] Dominus mortificat et vivificat; deducit ad inferos ed reducit.

104. [**M T96 m R**] *Sequitur antiphona*: Dominus custodiat te ab omni malo, custodiat animam tuam Dominus.

105. **M** *Sequitur psalm.* (*120*) Levavi oculos meos... *totum*
T96 *Sequitur psalm.* (*120*) *totus.* Levavi oculos meos...
m *Psalm.* (*120*) *totus.* Levavi oculos meos...
R [*Psalm. 120*] Levavi oculos meos... *totus*

106. [**M T96 m R**] *I.* Dominus regit me, et nihil mihi deerit: in loco pascuae ibi me collocavit.
II. Domini est terra et plenitudo eius: orbis terrarum et universi qui habitant in eo.
III. Ad te, Domine, levavi animam meam: Deus meus in te confido, non erubescam.
IV. In te, Domine, speravi: non confundar in aeternum.
V. In tua iustitia libera me: et eripe me[63].
VI. Beati quorum remissae sunt iniquitates: et quorum tecta sunt peccata.
VII. Gaudete iusti in Domino: rectos decet[64] conlaudatio.
VIII. Beatus qui intelligit super egenum et pauperum: in die mala liberavit eum Dominus.
IX. Sicut cervus desiderat ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te, Deus.
X. Miserere mei, Deus: secundum magnam misericordiam tuam.
XI. Et secundum multitudinem miserationum tuarum: dele iniquitatem meam.
XII. Auditui meo dabis gaudium et laetitiam: et[65] exultabunt ossa humiliata.
XIII. Averte faciem tuam a peccatis meis: et omnes iniquitates meas dele.

62. et] om T96 R; 63. in tua... eripe me] om m; 64. decet] docet T96; 65. laetitiam: et] : et laetitia R.

XIV. Deus, in nomine tuo salvum me fac: et in virtute tua libera me.
XV. Miserere mei, Deus, miserere mei: quoniam in te confidit anima mea[66].
XVI. Deus misereatur nobis et benedicat nos: inluminet vultum suum super nos, et misereatur nobis.
XVII. Deus, in adiutorium meum intende: Domine, ad adiuvandum me festina.
XVIII. Deus, in te speravi: Domine, non confundar in aeternum.
XIX. In tua iustitia libera me: et eripe me.
XX. Inclina, Domine, aurem tuam et exaudi me: quoniam egenus et pauper sum ego.
XXI. Custodi animam meam, quoniam sanctus es[67]: salvum fac servum tuum, Deus meus sperantem in te.
XXII. Domine, exaudi orationem meam: et clamor meus ad te perveniat.
XXIII. De profundis clamavi ad te, Domine: Domine, exaudi vocem meam.
XXIV. Eripe me, Domine, ab homine malo: et a viro iniquo libera me.
XXV. Domine, clamavi ad te, exaudi me: intende voci orationis meae[68].
XXVI. Domine, exaudi orationem meam: auribus percipe deprecationem meam in veritate[69].
XXVII. Aperite mihi portas iustitiae: et ingressus in ea confitebor Domino.
XXVIII. Haec porta Domini: iusti[70] ingredientur per eam.
XXIX. In pace in idipsum: obdormiam et requiescam.
XXX. Fiat, Domine, misericordia tua super nos: sicut speravimus in te.
XXXI. Omne quod dat mihi Pater, ad me veniet: et ego resuscitabo eum in novissimo die.

107. [**M T96 m R**] *Sequitur antiphona*: Dominus custodiat te ab omni malo: custodiat animam tuam Dominus.

<108>. [**T96 m R**] Oremus, fratres karissimi pro spiritu cari(ae) nostri(ae) *ill.*, quem(am) Dominus de laqueo[71] huius saeculi liberare dignatus est, cuius corpusculum hodie sepulturae traditur: ut eum(am) pietas Domini in sinu Abrahae et Isaac et[72] Iacob collocare dignetur. Ut[73] cum dies iudicii advenerit, inter sanctos et electos suos eum(am) in parte dextera collocandum(am) resuscitari[74] faciat. Praestante Domino nostro Ihesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus, per omnia saecula saeculorum. [R.] Amen.

66. confidit anima mea] confido T96; 67. animam meam, quoniam sanctus es] Domine animam meam: Domine R; 68. meae] dum clamavero ad te add m; 69. Domine... in veritate] om M T96 m; 70. Domini: iusti] Domini iusti: et m; 71. laqueo] ergastulo m; 72. et] om m; 73. Ut] et m; 74. resuscitari] resuscitare m.

<109.> [**m**] *Alia.* Deus, qui iustis supplicationibus semper praesto es, qui pia vota dignaris intueri: da famulo tuo *ill.*, cuius depositionis hodie officia humanitatis exhibemus, cum Sanctis atque fidelibus tuis beati muneris portionem. Per...

<110>. [**T96 m R**] *Alia.* Debitum humani corporis sepeliendi officium, fidelium more complentes, Deum, cui omnia vivunt, fideliter deprecemur: ut hoc corpus cari(ae) nostri(ae) *ill.* a nobis in infirmitate sepultum, in ordine sanctorum[75] resuscitet: et eius spiritum sanctis ac fidelibus aggregari iubeat cum quibus inenarrabili gloria et perenni felicitate perfrui mereatur[76]. Praestante Domino nostro Ihesu Christo, qui cum Patre et Spiritu Sancto vivit et regnat Deus, per omnia saecula saeculorum.

<111>. **T96** *Post sepultum corpus.*

112. [**M m**] *Sequitur* Dominus vobiscum.

113. [**M T96 m R**] *Oratio*: Tibi, Domine, commendamus animam famuli(ae) tui(ae) *ill.*[77] ut defunctus(a) saeculo tibi vivat: et si qua per fragilitatem mundanae conversationis peccata admisit, tu venia misericordissimae pietatis absterge. Per...

114. [**M T96**] *Alia*: Deus, qui[78] humanarum animarum aeternus amator es: animam famuli(ae) tui(ae) *ill.*, quam vera dum in corpore maneret tenuit fides, ab omni cruciatu inferorum redde extorrem: ut segregata ab infernalibus claustris, sanctorum mereatur adunari consortiis. Per...

<115>. [**T96 m**] Temeritatis quidem est, Domine, ut homo hominem, mortalis mortalem, cinis cinerem tibi Domino Deo nostro audeat commendare: sed quia terra suscipit terram, et pulvis convertitur in pulverem, donec omnis caro in suam redigatur originem, inde tuam, Deus piissime Pater, lacrimabiliter quaesumus pietatem: ut huius famuli(ae) tui(ae) *ill.* animam, quam de huius mundi voragine caenulenta ducis ad patriam, Abrahae amici tui sinu recipias, et refrigerii rore perfundas. Sit ab aestuantis gehennae truci incendio segregatus(a), et beatae requiei, te donante, coniunctus(a): et, si quae illi sunt, Domine, dignae cruciatibus culpae, tu eis[79] gratiae mitissimae lenitate indulge; nec peccati recipiat vicem, sed indulgentiae tuae piam sentiat bonitatem: cumque, finito mundi termino, supernum cunctis illuxerit regnum, omnium sanctorum caetibus aggregatus(a)[80] cum electis resurgat, in parte dextera collocandus(a)[81]. Per...

116. [**M T96**] *Sequitur*: Requiem aeternam [+] dona ei, Domine. R. Et lux perpetua [+] luceat ei.

117. [**M**] *Deinde*: Anima istius, et animae omnium fidelium defunctorum, per Dei misericordiam requiescant in pace. R. Amen.

<118>. [**T96**] *Alia*: Et requiescat animam eius in pace. R. Amen.

75. sanctorum] suorum add m; 76. cum quibus... mereatur] om T96 R; 77. *ill.*] om m; 78. qui] om T96; 79. eis] eas m; 80. aggregatus(a)] collocandus m; 81. collocandus(a)] coronandus m.

II. IL COMMENTO

Nel 1977, in occasione dell'edizione del «Rito delle Esequie» ambrosiano rinnovato a norma dei decreti del Concilio Vaticano II [= **REA**] (1), il canonico Pietro Borella pubblicava un articolo di carattere storico sulla tradizione ambrosiana del rituale delle esequie (2), dove offriva, tra l'altro, l'elenco dei principali codici pubblicati in edizione moderna relativi alla ricostruzione dell'antica *agenda mortuorum* ambrosiana (3). Essi sono, secondo un riordino cronologico e con qualche piccola variante di datazione:

1) Il Sacramentario Bergomense [= **Ber**], manoscritto del sec. IX della Biblioteca di S. Alessandro in Colonna in Bergamo, ai nn. 1502-1514 dell'edizione del Paredi (4). Sotto la titolatura *ordo in agenda mortuorum* sono riportati quattro formulari di preghiera, alcuni dei quali, il terzo e il quarto, mutili: 1) *Quando anima de corpore egreditur* (nn. 1502-1506); 2) *orationes post lavationem corporis* (nn. 1507-1508); 3) *(orationes) ante sepulchrum prius quam sepeliatur* (nn. 1509-1510); 4) *(orationes) post sepultum corpus* (nn. 1512-1514). I primi due formulari configurano un *ordo commendationis animae* (5). Il terzo e il quarto attengono, invece, all'*agenda mortuorum* o *ordo officii sepeliendi corpora mortuorum.*

2) Il Sacramentario della Basilica di S. Simpliciano in Milano [= **G**], manoscritto del sec. X/XI della Biblioteca del Capitolo Metropolitano in Milano (sigla D 3-3), ai nn. 1367-1384 dell'edizione della Frei (6). Sotto la titolatura *orationes in agenda mortuorum* sono riportati gli stessi formulari del Bergomense, completi delle formule che là erano mutile, e dotati anche di nuove formule.

(1) *Rito delle esequie secondo la liturgia della Santa Chiesa di Milano promulgato dal Signor Cardinale Giovanni Colombo Arcivescovo di Milano,* Milano, 1977.

(2) P. Borella, *Il rituale dei funerali nella tradizione ambrosiana*, «Ambrosius» 53 (1977) 514-526.

(3) Id., *ivi*, 517-518.

(4) *Sacramentarium Bergomense. Ms. del sec. IX della Biblioteca di S. Alessandro in Colonna in Bergamo*, a cura di A. Paredi (= Monumenta Bergomensia 6), Bergamo, 1962.

(5) Qui, come in tutto il commento, utilizzo la dicitura *ordo commendationis animae* in senso ampio, vale a dire il complesso rituale che va dalle *orationes quando anima egreditur de corpore* alle *orationes post lavationem corporis* comprese.

(6) *Corpus Ambrosianum Liturgicum* 3. *Das ambrosianische Sakramentar D 3-3 aus dem mailändischen Metropolitankapitel*, a cura di J. Frei (= Liturgiewissenschaftliche Quellen und Forschungen 56), Münster, 1974.

Queste ultime trovano la loro ragion d'essere nella più stretta dipendenza, evidenziata dagli studi dello stesso Borella (7), di G dal Supplemento di Alcuino o, secondo la nuova denominazione proposta dal Deshusses, Supplemento di Aniano [= **GrS**] (8).

3) Il Libro dei Monaci di S. Ambrogio [= **T96**], manoscritto del sec. X/XI della Biblioteca Ambrosiana in Milano (sigla T 96 Sup), pubblicato dal Magistretti nel primo volume degli estratti del Manuale Ambrosiano [= **MA I**] (9). Esso riporta in sequenza l'*ordo commendationis animae* e l'*agenda mortuorum*.

4) Un *ordo* dell'Alta Italia [= **T27**], manoscritto del sec. XI della Biblioteca Ambrosiana in Milano (sigla T 27 Sup), pubblicato dal Lambot in una raccolta di *ordines* del sec. XI dell'Alta Italia (10). Anch'esso riporta in sequenza un *ordo commendationis animae* e un'*agenda mortuorum*, in cui traspaiono evidenti punti di contatto con i rituali ambrosiani, senza che per questo si possa parlare di veri e propri *ordines* ambrosiani.

5) Il Manuale Ambrosiano della Valtravaglia [= **R**], manoscritto del sec. XI/XII della Biblioteca del Capitolo Metropolitano in Milano (sigla D 2-3) in uso un tempo nella chiesa plebana di S. Vittore in Bedero Valtravaglia (VA), pubblicato dal Magistretti nel secondo volume degli estratti del Manuale Ambrosiano [= **MA II**] (11). Esso è mutilo della parte relativa all'*ordo commendationis animae*, mentre ha conservato buona parte dell'*agenda mortuorum*.

6) Il Rituale Ambrosiano di San Lorenzino [= **m**], manoscritto del sec. XIII della Biblioteca del Capitolo Metropolitano in Milano (sigla D 3-4) usato fino al sec. XV *in ecclesia S. Laurenziali in civitate Mediolani in porta Vercellina*, pubblicato dal Magistretti nel primo

(7) P. Borella, *Il rituale dei funerali*..., 519 (specialmente la nota 30).

(8) *Le Sacramentaire Grégorien. Ses principales formes d'après les plus anciens manuscrits. Edition comparative* 1. *Le sacramentaire, le supplément d'Aniane*, a cura di J. Deshusses (= Spicilegium Friburgense 16), Freiburg (Schweiz), ²1979, 351-605.

(9) *Manuale Ambrosianum ex codice saec. XI olim in usum canonicae vallis Travaliae* 1. *Psalterium et Kalendarium praeviis Praefatione, Dissertatione et Excerptis ex aliis codd.*, a cura di M. Magistretti (= Monumenta Veteris Liturgiae Ambrosianae 2), Milano, 1905, 83-93 [= MA I,83-93].

(10) *North Italian Services of the eleventh century*, a cura di C. Lambot (= Henry Bradshaw Society 67), London, 1931, 47-62.

(11) *Manuale Ambrosianum ex codice saec. XI olim in usum canonicae vallis Travaliae* 2. *Officia totius anni et alii ordines*, a cura di M. Magistretti (= Monumenta Veteris Liturgiae Ambrosianae 3), Milano, 1904, 479-491 [= MA II,479-491].

volume degli estratti del Manuale Ambrosiano ([12]). Esso riporta in sequenza l'*ordo commendationis animae* e l'*officium mortuorum.*

7) Il cosiddetto *Beroldus Novus* [= **M**], manoscritto del sec. XIII della Biblioteca del Capitolo Metropolitano in Milano (sigla D 2-28), pubblicato dal Magistretti nel primo volume degli estratti del Manuale Ambrosiano ([13]). Anch'esso riporta l'*ordo commendationis animae* e l'*ordo officii sepeliendi corpora mortuorum.*

Per questa edizione commentata di un *ordo* funebre secondo l'antica tradizione ambrosiana mi sono avvalso dei codici elencati dal Borella nel modo seguente. Ho tralasciato di occuparmi del codice T27, a motivo della sua incerta attribuzione all'area propriamente ambrosiana. Ho utilizzato direttamente i quattro codici editi dal Magistretti nei due volumi del «Manuale Ambrosiano» [T96, R, m, M], riportandoli in un unico testo, assemblato in modo originale secondo la pista privilegiata del codice M ([14]). In tal modo, senza rinunciare all'apporto dei documenti ambrosiani più arcaici, ho potuto disporre di un testo più ricco di indicazioni di carattere celebrativo-rituale. Ho recuperato, infine, la testimonianza dei sacramentari Ber e G nel commento alle parti eucologiche dell'*ordo*, facilitando in tal modo il confronto con l'eucologia funebre extra-ambrosiana (gelasiana, gregoriana, gallicana, ispano – visigotica, ecc...) ([15]).

(12) MA I,153-160. 161-163.

(13) MA I,99-110.

(14) Il privilegio accordato al codice M è la traduzione operativa dell'affermazione introduttiva del Magistretti: "*Inter ambrosianos codices collatos in hac editione paranda, codex metropolitanus saec. XIII, in notis litt. M designatus, primum locum non antiquitate, sed auctoritate tenet... est enim exemplar locupletissimum Manualis Ambrosiani perpetuo usu Capituli metropolitani commendatum*" [MA I,17].

(15) Per il confronto con le altre tradizioni liturgiche saranno utilizzate le seguenti sigle: **Gel** = *Liber sacramentorum Gellonensis* 2 Voll., a cura di A. DUMAS (= Corpus Christianorum. Series Latina 159.159A), Turnhout, 1981; **GeV** = *Liber Sacramentorum Romanae Aeclesiae Ordinis Anni Circuli (Cod. Vat. Reg. lat. 316 [Paris Bibl. Nat. 7193, 41/56])*, a cura di L. C. MOHLBERG (= Rerum Ecclesiasticarum Documenta. Series Maior. Fontes 4), Roma, ³1981; **MBo** = *The Bobbio Missal a gallican Massbook* 3 Voll., a cura di E. A. LOWE (= Henry Bradsaw Society 57-59), London, 1920; **Ph** = *Liber Sacramentorum Augustodunensis*, a cura di O. HEIMING (= Corpus Christianorum. Series Latina 159B), Turnhout, 1984; **Rh** = *Sacramentarium Rhenaugiense. Handschrift Rh 30 der Zentralbibliothek Zürich*, a cura di A. HÄNGGI e A. SCHÖNHERR (= Spicilegium Friburgense 15), Freiburg (Schweiz) 1970.

1. L'«ORDO COMMENDATIONIS ANIMAE»

L'*ordo commendationis animae* ambrosiano qui presentato appella principalmente alla testimonianza del manoscritto M, integrata con i testi propri dei manoscritti T96 e m. Solo per l'orazione *Deus qui humanarum* (n. 38) esiste un parallelo anche nel manoscritto R, nella parte relativa all'*ordo officii sepeliendi corpora mortuorum.*

Tre sono le sequenze di cui il rituale in M è composto: 1) La preghiera al momento del trapasso (*quando anima egreditur de corpore* nn. 2-9); 2) la preghiera dopo il trapasso (*postquam anima egressa fuerit de corpore* nn. 11-17); 3) la preghiera dopo la lavanda del cadavere (*post lavationem corporis* nn. 37-38).

Ai nn. 19-35 ho riprodotto anche i testi (antifone e salmi) della preghiera durante la lavanda del cadavere (*canuntur psalmi et incipiunt abluere corpus* – n. 18) secondo l'attestazione esclusiva del codice T96. Si potrebbe ipotizzare che, data la provenienza ambrosiano – monastica del codice T96, questa sezione dell'*ordo commendationis animae* fosse tipica della veglia al cadavere in ambiente monastico. Negli altri casi è plausibile ritenere che la *lavatio corporis* fosse eseguita senza un particolare accompagnamento eucologico e che solo al termine della *toilette* funebre fosse recitata un'orazione conclusiva (cf. n. 36).

1.1. *La preghiera al momento del trapasso*

Il nucleo più antico e costante di questa prima sequenza rituale è costituito dall'esortazione *Vale in Christo... Proficiscere anima de hoc mundo* (n. 2) e dall'orazione litanica *Domine Iesu Christe* (n.3). Ne fa fede la concorde attestazione dei tre manoscritti (T96, m, M) e delle successive edizioni del *Rituale Ambrosianum* ([16]). Lo stesso non si può dire con altrettanta sicurezza dell'orazione *Misericordiam tuam* (n. 4), che pure è attestata in m e M e in tutte le successive edizioni del *Rituale Ambrosianum* ([17]), a causa della sua assenza dal codice T96.

Le formule ai nn. 5-9 sono di più recente composizione e manifestano uno sviluppo in senso «benedizionale» e «assolutorio» dell'intervento dei ministri della Chiesa al momento del trapasso.

(16) Da ultimo: *Rituale sacramentorum ad usum S. Mediolanensis Ecclesiae olim a S. Carolo institutum nunc postremo eminentissimi Domini Andreae Caroli Cardinalis Ferrari Archiepiscopi auctoritate editum*, Milano, 1906, 156-158.

(17) Da ultimo: *Ivi*, 158-159.

La prima benedizione (n. 5) e la preghiera di assoluzione (n. 8) sono riportate solo da M nella sezione dell'*ordo commendationis animae*, ma si ritrovano anche in m, nel rituale per l'unzione degli infermi, riportato subito prima ([18]). Le altre due benedizioni (nn. 6. 9) e la supplica a S. Michele arcangelo (n. 7) sono, invece, esclusive del manoscritto M. La ripresa di queste formule (nn. 5-9) nelle diverse edizioni del *Rituale Ambrosianum* conoscerà un andamento irregolare, fatto salvo che per la formula assolutoria *In quacumque die* (n. 8), presente in tutte le edizioni ([19]).

L'esortazione *Vale in Christo... Proficiscere, anima, de hoc mundo* (n. 2) e la prece litanica *Domine Iesu Christe* non sono esclusive della tradizione liturgica ambrosiana, ma si trovano ben documentate anche nella tradizione liturgica romana, a partire da alcuni Gelasiani del sec. VIII ([20]). Peculiare risulta, invece, il tenore complessivo del testo ambrosiano, come si può evincere dal raffronto con il testo gellonense:

M (T96 m)	**Gel** 2892-2893
[2.] *Vale in Christo, pax tecum.*	
Proficiscere anima de hoc mundo, *migrare in pace.*	Proficiscere anima de hoc mundo,
In nomine Dei Patris omnipotentis,	in nomine Dei Patris omnipotentis,
qui te creavit.	qui te creavit,
In nomine Ihesu Christi Filii Dei vivi,	*et* in nomine Ihesu Christi Filii Dei vivi,
qui pro te passus est.	qui pro te passus est,
In nomine Spiritus sancti,	in nomine Spiritus sancti,
qui in te effusus est.	qui in te effusus est.
In nomine angelorum et archangelorum,	In nomine angelorum et archangelorum,
	thronorum et dominationum, in nomine principatum
	et potestatum et omnium virtutum caelestium, in nomine cherubyn et seraphyn,
	in nomine omnis humani generis quod a Deo susceptum est,
patriarcharum, prophetarum,	*in nomine* patriarcharum, *et* prophetarum,
apostolorum, martyrum,	*in nomine* apostolorum *et* martyrum,
innocentium, confessorum	*in nomine* confessorum
	et episcoporum, in nomine sacerdotum, levitarum,

(18) MA I,151-152.

(19) Da ultimo: *Rituale sacramentorum*..., 160.

(20) Gel 2892-2893; Rh 1330 Per uno studio dell'esortazione *Proficiscere* e della prece litanica *Suscipe*, riportate come un unico testo nella documentazione romana più antica, cf. D. SICARD, *La Liturgie de la mort dans l'église latine dès origines à la réforme carolingienne* (= Liturgiewissenschaftliche Quellen und Forschungen 63), Münster, 1978, 361-372.

M (T96 m)	**Gel** 2892-2893
	et omnis ecclesiae catholicae gradum,
	in nomine monachorum et anichoritarum,
ac virginum,	*in nomine* virginum *et fidelium viduarum.*
omniumque animarum sanctarum	
Deo placentium	
Hodie positus sis in pace:	Hodie *factus est* in pace:
locus tuus et habitatio tua	locus *eius,* et habitatio *eius*
in *sanctam* Hierusalem caelestem.	in Hierusalem caelestem.
Suscipiat te sanctus Michael archangelus,	
qui militiae caelestis meruit principatum.	
Subveniant tibi sancti angeli,	
et perducant te	
in Hierusalem caelestem.	
Suscipiat te beatus Petrus apostolus,	
cui a Domino claves regni	
caelestis traditae sunt.	
Ingredere in pace, in nomine Patris	
et Filii	
et Spiritus sancti, qui te illuminet	
in vitam aeternam et resuscitet te	
in prima resurrectione in novissimo die.	
[3.] *Domine Ihesu Christe, pastor bone,*	
suscipe animam servi tui in pace;	
et omnia iube peccata dimitte.	
Suscipe, Domine, servum tuum in bonum,	Suscipe, Domine, servum tuum in bonum.
et libera animam eius	Libera, *Domine,* animam *servi tui ill.*
ex omnibus periculis poenarum,	ex omnibus periculis *infernorum et de*
	laqueis poenarum,
et *de* omnibus tribulationibus.	et omnibus tribulationibus *multis.*
Libera, Domine, animam servi tui,	Libera, Domine, animam servi tui *ill.*,
sicut liberasti Noe de periculo.	sicut liberasti Noe *per diluvium.*
Libera, Domine, animam servi tui,	Libera, Domine, animam servi tui *ill.*,
sicut liberasti Heliam et Henoch	sicut liberasti Henoch et Heliam
de communi morte mundi.	de communi morte mundi.
Libera, Domine, animam servi tui,	
sicut liberasti Abraham per fidem	
et credulitatem	
Libera, Domine, animam servi tui,	
sicut liberasti Loth de Sodomis	
et de flamma ignis.	
Libera, Domine, animam servi tui,	
sicut liberasti Isaac de manu patris	
sui Abrahae.	
Libera, Domine, animam servi tui,	
sicut liberasti Iacob per benedictionem	
maiestatis tuae.	
Libera, Domine, animam servi tui,	Libera, Domine, animam servi tui *ill.*,
sicut liberasti Moysen	sicut liberasti Moysen
